

fit esse magnitudo simpliciter infinita. At verò quia diuina præsentia in se omnino indiuisibilis est, & inextensa, siue si se absolute cõcipiatur, siue per comparationem ad quocumque corpus vel spatium extensum, ideo facillè intelligitur illam esse posse simpliciter infinitam in intensiõne & perfectiõne sua, & eminenter in extensiõne, quia nimirum indiuisibilis existens, ita constituit præsentem diuinam substantiam locis & spaciis extensis, ac si ipsis esset coextensa.

LL

Ex quo colligitur alia notanda differentia inter diuinam substantiam & alias immateriales, nã alia cum sint in loco extenso, quantum habeant totam substantiam suam in toto & totam in qua liber parte, non tamen habent totam suam præsentiam in qualibet parte, & aia rationalis licet sit tota in toto, & tota in qualibet parte, non tñ habet totam suam vniõnem cum qualibet parte, quod satis conuincit argumentum supra factum, quia pot amittere partem vniõnis, & tunc non amittit partem substantiæ: signum ergo est vbi licet tota substantiam, non tñ habet totam præsentiam. At verò diuina substantia ita est tota vbi cumq; est, vt ibi etiam habeat suam totam præsentiam, & immensitatẽ. Quod quidẽ sicut admiratione dignũ est, ita et est diuina eminentia & perfectiõne dignissimum, quia cum in nulla perfectiõne sua partes habeat, non pot alicubi habere aliquid perfectiõnis suæ quacunq; rone consideretur, quia ibi et totum habeat, & ideo vbi cumq; se exhibet præsentem, totam suam immensitatẽ exhibet. Atque hinc etiam intelligitur q, licet interdum nos more nostro loquamur de hac præsentia diuina tanquam de modo vel dispositione diuinæ substantiæ, vt explicare possumus eius in finitam præsentiam & immensitatẽ, re tñ vera non est modus, ipsamet diuina substantia absq; vlla distinctiõne in re. Et hæc est alia differentia inter hanc præsentiam, & oēs creatas, nam oēs aliaẽ modi accidentales respectu substantiarum quibus insunt, quod motus localis euidenter manifestat, nam per illũ acquiri possunt & perdiri, at verò in solo Deo hæc præsentia est ipsa substantia & essentia Dei.

LLI.
An Deus
vbiq; locali
ter præsent.

Vltimò inquiri hic posset an rone huius immensitatis dicendus sit Deus localiter existere vbi cumq; est præsentis. Sed in proposito quæ iã diximus, existimò questionem hanc tñ esse posse de nomine, & ideo illam omitto, nam ex his quæ de prædicamento vbi infra dicemus, constabit quò in hoc tam de Deo, quàm de aliis rebus loquendũ sit nam illa quæstio communis esse pot, & angelis, & aliquibus et corporibus. Solum aduerto, si illud esse localiter dicat intrinsecam & accidentalem denominationem, sic nullo mō posse Deo conuenire, vt ex dictis constat: & in hoc etiam differre Deum à creatura: si verò dicat tñ denominationem extrinsecam sumptam ex contactu aliquo, vel proprio, vel metaphorico, sic verè dici Deum esse localiter in toto viuente, non autem extra illud. Nam quatenus confert esse omnibus rebus, in omnibus esse dicitur tangendo illa, & replendo virtute sua, & hoc modo ait D. Tho. 1. p. q. 8. ar. 2. ad 1. Deum esse in loco per contactum virtutis: hoc autem modo dicitur esse Deus localiter in rebus non circumscripitiue, quod est proprium corporum nec definitiue, quod limitationem dicit, sed eminentiori modo, quem significa-

A mus, cum dicimus Deum esse vbi que. Deniq; si esse localiter, dicat solum intrinsecam denominationem sumptam à substantiali præsentia absolute & simpliciter, nullam inuoluendo accidens, sic dici pot Deus localiter esse per immensitatẽ suam, non solum in mundo, sed etiam extra mundum, nec solum ex mundi creatione, sed etiam ex æternitate: hoc autem esse localiter, non est esse in alio quàm in se ipso, declarat verò talẽ modum existendi illius substantiæ, vt ratione illius nata sit esse intum præsentis & indiuisibilis à quacũque aliare, vbi cumq; existat aut fiat & in quacũque corporum mole, etiam si infinitum augeatur. Sic adeo, vt si per impossibile res aliqua inciperet esse sine actione Dei, nihilominus non posset esse distans ab illo ob immensitatem eius, sed necessario simul esset, & quasi penetraret sũ substantiam & entitatem suam. Quãquam in casu non diceretur Deus esse in illa re localiter, quia nullo contactu, etiam metaphorico, contingeret illam, sed diceretur esse ibi, vbi esset illa res, sicut si duo corpora se penetrarent, vnum quidem est vbi est aliud, non tñ vnum esset locus alterius, neq; vnum esset in alio proprie loquendo. Quia verò hypothesis est impossibilis, & nõ potest res aliqua esse nisi per actionem diuinã, ideo ex eo q, Deus absolute & ex se est immenso modo localiter hac vltima acceptiõne, plane necessario sequitur vt existente quacunq; re alia, sit et necessario Deus in ea localiter prior acceptiõne. Vnde et fit vt, quãuis Deus alicubi non operetur, neque vnq; operari decreuerit, nihilominus ex modo existendi suæ substantiæ habeat sufficiens applicatam virtutem suam vt operetur si velit, ob quã etiam specialem rationem illa postrema acceptiõ existendi localiter Deo attribua minus est impropria, quantum prior magis visitata deatur.

SECTIO VIII.

An demonstrari possit, Deum esse immutabilem & æternum.



Oniungimus hæc duo, quia cum supra ostenderit Deum esse infinitum in duratione, ex eadem rã principii quàm finis ob intrinsecã necessitatem essendi, si nunc probauerimus esse etiam immutabilem, concludetur definitio æternitatis, & quod tota perfectissima in Deum conueniat. De qua æternitate quid sit, latius dicturi sumus inferius, Disp. 50. vbi tractando de communi ratione durationis, & conferendo illam cum aliis, facilius intelligetur: & ideo de æternitate hic plura non dicemus.

Quæstionis resolutio.

Dicendum ergo est, posse ratione naturali satis demonstrari, Deum esse immutabilem. Hoc attributum sũ omnia quæ includit, non opior posse ex aliquo effectu immediate probari euidenter, sed ex aliis attributis quæ à priori demonstrandum est. Primum est simplicitate Dei, nã omnis mutatio, si proprie sumatur, requirit aliquam compositionem, quia necesse est, vt ali-

quod